



**Jus Canonicvm R.P. Pavli Laymanni, Soc: Jesu Theologi, Et
Olim In Alma Et Episcopali Academia Dilingana SS.
Canonum Ordinarii Professoris**

Juris Canonici A. R.P. Paulo Laymanno Societatis Jesu Theologo SS.
Canonum In Alma, Catholica, Et Episcopali Universitate Dilingana
Professore Qvondam Ordinario, Prælectionibus Academicis Illustrati

Laymann, Paul

Dilingæ, 1673

Titvlvs XI. De Plus Petitionibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62587](#)

que duo in facie Ecclesiae pro legitimis conjugibus habentur, & incidat mera questio
anne seu utrum Matrimonium inter eos in facie Ecclesiae contractum sit, quod judex Ecclesiasticus inhibere possit sacerdotali, ne procedat in eiusmodi questione, etiam incidenter, colligitur ex cap. Si index. 12. de sentent. excommunic. in 6. & tradit Conarr. loc. cit. alique apud Panorm. citatis n. 12. id que in hoc casu propter errandi periculum & publicae opinionis presumptiōnem.

Cap. Ultimum.

Super.

PARAPHRASIS.

Spoliatus agens judicio possessorio recuperandæ seu ad restitutionem rei ablatæ aut occupatæ, non tenetur conuento respondere super aliâ reconventione aut petitio-rio judicio, præterquam si reconventio fiat super alia spoliatione.

SUMMARIUM.

1. *Vixitque cassatur priuilegium, si concurrant duo ex causa omnino pari diuersis partibus competentia, & seruatur ius commune; secus si ex diuersis causis competant; vel unus tantum in genere, alter vero specifico in hac causa priuilegiatus sit.*

NOVA. actio Possessoria recuperandæ priuilegiata est, ut qui eam intentat

aduersario respondere non teneatur, præterquam si & ipse de spoliatione excipiat, aut reconueniat.

Corollarium. Si concurrat priuilegium cum priuilegio ex causa omnino pari, tum utrumque cassatur, & seruatur ius communne, sic dicunt DD. nominatum Panorm. in c. Presentia. n. 37. de Probat. si Ecclesia haeres instituta sit, quod possit ex legatis alteri Ecclesiae relictis detrahere falcidiam, sicuti communi jure ex legatis detrahi solet; secus autem est, si aliquis in genere tantum priuilegiatus sit, aliud verò specificè in tali causa, tunc priuilegium specificum præualet, quā ratione Ecclesia contra Ecclesiam, minor contra alium minorem petit testificationem in integrum. c. Audit. 3. de in integr. resti-
tut. nam hoc beneficium competit ratione lesionis, quæ in altera Ecclesia similiter non reperitur, vt ponimus, nam si & quæ etiam ipsa lœsa sit, restitutio aduersus eam non concedetur. Secus item est, si ex diuersis causis priuilegia competant, tum priuilegiatus contra priuilegiatum potest utri priuilegio, arg. l. 1. ff. Ex quibus causis Maiores. Videatur Bartol. in l. Quas actiones. n. 3. C. de SS. Eccles. Panorm. b. c. n. 2. sic v. g. absens ex causa necessaria restituitur aduersus presentem, si ob absentiam possessiones & iura sua amisit, sed & vicissim præsens restituitur contra absentem, si ex eo, quia nemo ade-
rat, qui eum defendere vellit, tem-
pus actionis extractum fuit.

cit. l. 1.

TITVLVS XI.

DE PLUS PETITIONIBUS.



NTER exceptiones, quæ Actori ante vel post litem contestatam objici possunt, etiam ea est, quod plus pe-tat, quam debeat, qua-re hoc loco titulus iste ponitur.

CAPITVLVM I.

Consilium.

PARAPHRASIS.

Non est consultum Actori, ut pecuniam sibi debi-

debitam ante solutionis terminum petat, quia plus potentium importunitas puniri solet, si super petitione sua in judicio persistant, ita ut qui causam plus petunt, aut re, adversario ad expensas conderantur; qui autem loco plus petunt, ad interessus obligentur; & qui tempore plus petunt ab adversario, huic inducere duplicantur, neque cogatur litem suscipere, nisi expensae ipsi soluantur.

SUMMARIUM.

1. Quot sint modi plus petendi.
2. Quia pena ex jure civili olim fuerit plus potentium, & que hodie sit tam de jure civili, quam de jure canonico.
3. In alternatiis ex contractu, debitoris est electio: in alternatiis vero ex ultima voluntate, plerumque legatarii est electio, nisi verba executionis ad heredem vel Creditorem dirigantur.
4. Actor ex naturarei de interesse tenetur debitori, si alio loco solutionem petat, quam conventum fuerat: & in panam plus petitionis etiam ad expensas litis, si sine justa causa petat.
5. Plus tempore petens, si Rebus conuentus datorie quo ad actionem eum excludere velit, in penam duplicitate tempore a judicio huius causa absistere cogetur: si vero peremptoriè quo ad executionem sententia eum excludere velit, tanto tempore executionem & solutionem excludet, quanto tempore creditor solutionem petendo anticipat.

Adverte 1. quatuor modos plus petendi, Causam, Re, Loco, Tempore. Plus causam peti dicitur: dum aliquid in genere, vel alternatiū debitum est, idque in specie vel cum determinatione certi petitur; Re autem plus peti dicitur, si v. g. decem debeantur, & viginti petantur. Loco autem, cum quis alibi convenitur, quam ubi convenitum erat; Tempore, cum ante diem vel conditionem petitur, quod debetur.

Adverte 2. Quod olim pena plus potentium fuerit, ut causam amitterent, nec facilè in integrum restituerentur, nisi ratio etatis aut justi erroris de facto. *Instit. de action. §. Si quis agens, hodie vero haec pena sublata est, excepto uno casu, si quis super*

maiori quam ipsi debeatur quantitate causationem exegerit, & ita non revocans quod actum est, nec transigens, litem contestatus fuerit, toto debito carere debet. *I. unica. C. b. s. idque adversus usurarios notandum est;* In aliis vero causis, si quis plus petere convincatur, canonico jure tenetur parti litiganti ad expensas. Si dicas nihil noui hoc esse, cum omnibus temere litigantibus incombatur, ut ad damna & expensas condemnari possint. *c. Calumniam. de pen. Resp. enim. Cum Panorm. hic n. 10. discrimen magnum esse, nam condemnatio in expensas fit accessoriè, si pars petat ante latam sententiam, postea vero judex cum officio suo functus fit, non potest amplius de expensis tractare. leg. 3. C. defruct. At vero exactio expensarum ex hoc Canone in modum pœnæ fieri potest, principaliter seu propriâ institutâ actione etiam post latam sententiam.*

Ex textu Notandum insuper I. Quod in debitis ex contractu in alternatiis seu indeterminatis debitoris electio esse debet, vt si quis promiserit dare equum, non cogitur dare bucephalum, sed quemcunque ipse voluerit. *I. Plerumque. 11. in fin. ff. de jure. de jure dat. & reg. 70. in b. In alternatiis debitoris est electio, & sufficit alterutrum praestari. Excipe nisi verba executionis dirigantur ad creditorem, ita ut appareat, ipsi concessam esse electionem, v. g. soluto matrimonio mulier res dotales vel estimationem earundem accipere poterit. I. Plerumque. §. Si res in dotem; idemque est, si quis dicat, facio tibi facultatem hunc vel illum equum accipiendo; vnum vel duo plaustra lignorum in filia cædendi, quia eiusmodi disiunctionio adiecta censemur in fauorem promissarii, vt notat Molina tr. 2. d. 270. n. 5. Loquor autem de debitis ex contractu; nam in Ultimis voluntatibus, videlicet legatis, electio plerumque est legatarii. v. g. volo, vt Fratri meo proueniat illo loco sita vinea, vel centum aurei; frater alterutrum eligit. I. Planè. 34. §. penult. ff. delegut. Præterquam si verba executionis dirigantur ad haeredem, v. g. haeres meus fratri meo Vineam dabit, aut centum aureos. I. Si ita velit. 43. Ratio vero discriminis*

minis inter contractus & ultimas voluntates est, quia in voluntatibus ultimis ob earum fauorem plenior interpretatio fieri debet quam in contractibus. reg. 12. junct. gl. ff. de Reg. jur. atque in contractibus sibi imputare debet stipulator, quod obligationem, quam imponere voluit, non magis expresserit, l. Peteribus. 39. ff. de pac. Sed quid si Titius habens duos equos, promiserit alterum tibi dare, & ante promissionem impletam sine mora aut culpa promissoris, unus eorum moriatur, debetne alterum dare? Resp. Affirmatiue. ex l. Stichus. 95. §. 2. ff. de solut. l. 12. §. Seanola. ff. de eo quod certo loco. Excipe I. Nisi vnum ex equis promissis, ab eo qui eligendijus habebat, eleitus fuerat, tum eo mortuo liberatur promissor. cit. l. Stichus; nam id generatim verum est, ut si res casu pereat, eius damno pereat, cui in specie debetur. Dico si casu pereat, secus si culpa seu mora culpabili creditoris. Excipe II. cum gl. in cit. §. Seanola. Molin. l. c. Si una ex rebus sub disunctione debitibus, ita ut in promissori electione esset, alterutram dare, absque eius culpa pereat, quo in casu satisfaciet promissor praestando eiusdem aestimationem l. Cum rebus. 47 §. Sed si Stichus. ff. d. l. 1.

4. Nota II. Si quis cum qui promisit certoloco se soluturum, alibi conveniat, tenetur ad id quod interest debitori solutio nem in alio loco fieri, quam constitutum erat, quandoquidem non in omnibus locis idem rerum pretium est, aut pecuniae aestimatio, ita etiam habetur in l. 1. & 2. ff. de eo, quod certo loco. & §. Plus autem. Institut. de actionibus. Verumtamen haec non est propriè pena hujus cap. cum id ex reinatura na-

scatur, ut si debitor alibi soluere jubeatur, quam promiserat, ratio habeatur eius, quod interest; quamobrem distingui debet, aut enim justam causam actor habet in alio loco petendi, si videlicet debitor in loco constituto nunquam reperiatur, aut conueniri facilè non possit, tum ubique terrarum utili actione conueniri poterit, ita tamen ut ratio habeatur, tam ex parte creditoris, quam debitoris, quatenus eorum interest, quod a alio loco solutio fiat l. 2. ff. de eo, qui certo &c. aut non habet justam causam alibi petendi, tunc non tantum ad interesse tenebitur, sed etiam ad expensas litis, cum panam plus pertinentis incurrat. Sed quid, si quod alibi promissum est, solvi petatur in loco domicilii? videtur id concessum ex lege Hares. §. vlt. ff. de judic. Resp. Jo. Fab. & Mynsing. cit. §. plus autem; posse quidem conveniri in loco domicilii, sed facta mentione loci, in quæ solutio destinata erat, ita ut si intersit debitori, alibi potius solvi, habeatur ratio utilitatis seu interesse.

Nota III. Si quis tempore plus petat, videlicet ante diem definitum, vel ante impletam conditionem, v.g. si quidpiam promissum sit sub conditione nuptiarum, ita puniri debet, ut tempus quatenus ab ipso praeuentum est, in odium eius duplicitur, ut si duobus mensibus actionem anticipauit creditor, quatuor mensibus à judicio huius cause absistere cogatur, si Reus conuentus actionem eius excludere velit dilatoriè, sia autem peremptoriè, ita ut sinat judicem sententiam ferre, tum eam ita moderari debet, ut solutio seu executio sententiae non sit, nisi duplicato illo tempore elapsa. Sic docet Innov. hic. & Panorm. n. i 2. & 14..

TITVLVS XII. DE CAUSA POSSESSIONIS ET PROPRIETATIS.

Sⁱ Causa possessionis & causa proprietatis seu ab eodem, seu à diversis in judicium dedicatur, dubitati solet, quo ordine ac modo tractandæ sint, quod in hoc. Tit. discutitur.

Cap. I.

Susceptis.

PARAPHRASIS.
Felix, illustris Sicutus conquestus est S. Gregorio